

fo OBSERVAT SIDEREÆ

tum facultate spectetur. Huius Instrumēti quot
 quantaq; sint commoda tam in re terrestri, q̄ in
 Maritima omnino superuacaneū foret enume-
 rare. Sed missis terrenis, ad cœlestiū speculationes
 me contuli: ac Lunā prius tā ex p̄p̄inquo sum in-
 tuit⁹, ac si vix per duas Telluris diametros abesset.
 Post hanc Stellæ tum fixas, tū vagas incredibili a-
 nimi iucunditate sæpius obseruavi: cumq; harū
 maximam frequentiā viderē, de ratione, qua illa-
 rū interstitia dimetiri possem excogitare cœpi, ac
 demum reperi. Qua de re singulos p̄monitos esse
 decet, q̄ ad huiuscemodi obseruationes accedere
 volunt. *Primo* n. necessarium est, vt sibi *Perispicil-
 lum* parent *exactissimum*, quod obiecta pellucida,
 distincta, & nulla caligine obducta rep̄sentet; ea-
 demq; ad minus secundum quatercētuplā ratio-
 nem multiplicet; tunc n. illa bisdecuplo viciniore
 monstrabit; nisi n. tale fuerit Instrumentum,
 ea omnia, q̄ a nobis cōspecta sunt in cœlis, quæ ve
 infra enumerabuntur, intueri tentabitur frustra.
 Vt autē de multiplicatione instrumēti q̄ libet par-
 uo negotio certior reddatur, circulos binos, aut
 quadrata bina chartacea cōtornabit, quorū alterū
 quatercenties altero maius existat, id autē erit
 tūc, cū maioris diameter, ad diametrū alterius lō-
 gitudine fuerit vigecupla; deinde superficies am-
 bas in eodē pariete infixas simul a lōge spectabit,
 minorē q̄ de altero oculo ad Perispicillū admoto,
 maiorē vero altero oculolibero; cōmode n. id fie-
 ri licet vno eodēq; tēpore oculis ambob⁹ adaper-
 tis; tunc n. figuræ ambæ eiusdem apparebūt ma-
 gnitudinis, si Organum secundū optatam p̄por-
 tio-